



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

Miraculum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

- qui habet licentiam à proprio Parocho vnius ex contrahentibus, & ignorat se illam habere, prout ignorat vnus ex contrahentibus, decisum refert *Barbos. loco cit. num. 75.*
- 9 Neque valet, si re vera licentia non est vera. *Congr. conc. 7. Sept. 1620.*
- 10 Neque in ijs, qui per fraudem accedunt ad locum, in quo non sit promulgatum. *Conc. Trid. vt ibi sine Parocho & testibus contrahant. ead. 7. Febr. 1602. 5. sep. 1626 16. Dec. 1628. apud eum Barbos. loco cit. num. 92.*
- 11 Absentia viri, qui discessit anno 1602. vsq; ad annum 1627. sine noticia, quod superuiuat, non est sufficiens, vt eius vxor transeat ad secundas nuptias. decisum refert *Barbos. ibid. n. 9. in vna Mediol.*
- 12 Parochus benedicens secundas nuptias in casu non permisso, an incurrat suspensionem? Aiuunt, Negant DD. apud *Barbos. loco cit. num. 106.*
- 13 Excusat crassa ignorantia. *ibid. 107.*
- 14 Eleemosyna occasione benedictionis recipi debet à Parocho, & non ab alio. *Congr. Rit. 25. 1. Ianuar. 1602.*

Medicus.

- 1 NE ultra tertium diem vstet ægrotum inconfessum, sub varijs penis etiã arbitrio Ordinarij. Pius V. A. 1566.
- 2 Ante Doctoratum promittat hoc idem iuratus. *ibid.*
- 3 Vel Ordinarij iuramentum hoc exigant, aliter mederi, & ab ingressu Ecclesiæ arceant. *ibid.*
- 4 De absolutione visitantis contra hoc decretum. *Vide sup. Absolutio num. 37.*
- 5 Intelligentur prædicta de infirmis in lecto iacentibus ob morbum, non podagra, sed eum, qui de se lectum requirit. DD. apud *Barbos. alleg. 91. num. 4.*
- 6 Bulla Pii V. prædicta quotannis euulgetur. Prou. 3.
- 7 Medici hebræi, aut infideles ne adhibeantur; alias negentur sacramenta, & sepultura Ecclesiastica. Gregor. XIII. Anno. 1581. *V. Fidei professio. num. 27.*

Miraculum.

- 1 Tria requiruntur, ad miraculum sit aliquod arduum & difficile, sit in-

solitum; præter ordinem & vires naturæ. S. Th. 1. parte quest. 105. artic. 7. ad 2.

- 2 Non potest publicari, seu venerari, vt tale, sine approbatione Ordinarij. *Trid. sess. 25. de inuoc. SS. Vide supra Beatorum cultus. num. 2. & seqq.*
- 3 Falsa miracula prædicantes sunt excommunicati excommunicatione Papali. *Nau. cap. 27. num. 113. excomm. 30.*

Missa.

- 1 IN celebratione Missarum tollantur omnia, quæ auaritiam, irreuerentiam, superstitionem sapiunt. *Trident. sess. 22. cap. prop.*
- 2 Mercedum conditiones, pacta, quid pro Missis nouis datur, illiberales eleemosynarum exactiones. *ibidem.*
- 3 Remoueat certus numerus Missarum, & candelarum. *ibid.*
- 4 Ne cui vago, & ignoto sacerdoti celebrare liceat. *sess. 23. cap. 16. neque notorie criminoso. idem vbi supra.*
- 5 Ne admittantur ad celebrandum non approbati. Prou. 1.
- 6 Alienæ Diœcesis sacerdotes ferant secum dimissorias duobus non ante mensibus datas, si in Prouincia; quatuor, si extra eam in Italia; sex, si extra Italiam. Prou. 1.
- 7 Neque in Regularium Ecclesijs sine dimissis iis celebrare permittantur. Decisum refert DD. apud *Barbos. allegat. 11. num. 8.*
- 8 Neque in Ecclesijs Monialium celebret quis sine licentia Episcopi, sub pena suspensionis. Prou. 2.
- 9 Ne cuiquam Missa prima, nisi à peritis instructo, concedatur. Prou. 1.
- 10 Missæ nouæ conuiuia, ludi, choreæ tollantur. *ibid.*
- 11 Celebrent sacerdotes Missam saltem diebus Dominicis, & festis sollemnioribus. *Trid. sess. 23. cap. 14.*
- 12 Ne detur amplius facultas faciendi plures Missas in die, quacumq; de causa. Prou. 5.
- 13 Vbi non est clericus, ne celebretur sine licentia Episcopi. Prou. 4.
- 14 Cuicumque capellæ, vbi Missa celebratur, detrahatur aliquid pro clerico, si aliunde non detur; aut ex pluribus capel-